

Vinum Canarinum.  
 Vinum Rhenanum.  
 Vinum rubrum, Vinum rubrum Lusitanicum.  
 Viola, *Nola odora* Flos violæ martiæ purpureæ  
*ta(α)* flore simpliciter odoro C. B.  
 Vipera.  
 Vitriolum album.  
 Vitriolum cœruleum.  
 Vitriolum viride, Vitriolum viride Anglicum.  
 Uvæ passæ, Uvæ passæ majores.

## Z.

Zedoaria, Zedoaria longa C. B. vel,  
*Rampferia rotunda*, Zedoaria rotunda C. B.  
 Zingiber ejusque Zingiber C. B. *inschi* vel *in-*  
 conditura, *schi kua* Hort. Malabar.  
*Amomum Zingiber*.

## PRÆPARATIONES SIMPLICIORES.

### TERREORUM,

aliorumque, quæ aqua non dissolvuntur, cor-  
porum præparatio.

PRIMUM pulverentur hæc corpora in mor-  
tario, deinde lavigentur in pulverem subtilis-  
simum super marmore exposito & duro cum  
paulula aqua, postea exsiccentur super lapidem  
cretaceum, denique in loco tepido seponantur,  
vel saltem probe sicco, per aliquot dies.

Hoc

Hoc modo in pulverem redigenda sunt

- Ærugo,
- Antimonium,
- Chelarum cancrorum apices,
- Corallium,
- Creta,
- Lapis bezoar, qui inter lævigandum spiritu vinoso humectetur,
- Lapis calaminaris ab iis, qui orichalcum conficiant, calcinatus,
- Lapis hæmatites,
- Margaritæ,
- Oculi dicti cancrorum,
- Ostreorum testæ a sordibus prius purgatæ,
- Ovorum testæ, membrana adhærente prius coquendo separata,
- Succinum,
- Tutia.

IN antimonio, lapide calaminari, & tutia cura singularis adhiberi debet, quo in pulverem quam maxime subtilem redigantur.

AXUNGIE PORCINÆ,

SEVI que OVILLI

curatio.

IN frustula concisa leni igne liquentur, paulula aqua adjecta; deinde colando a membranis separentur.

AXUNGIE VIPERINÆ

curatio.

ADIPEM ab intestinis separatum lento igne liqua; deinde per linteum tenue exprimendo cola.

B 3

MEL-

## MELLIS DESPUMATIO.

MEL balneo liquefac, & spuma emergens auferatur.

## SCILLÆ COCTIO.

SCILLAM, cortice exteriori detracto, parteque duriori, cui radiculæ adhærent, abjecta, farina tritici subacta involve, & in clibano coque, donec farina probe siccata sit, & scilla undique fiat tenera.

## SCILLÆ EXSICCATIO.

SCILLAM, ablato externo cortice, transversim in taleolas tenues seca, & lenissimo calore exsicca.

## RHABARBARI ET NUCIS MOSCHATÆ

torrefactio.

TORREANTUR leni calore, donec reddantur facile friabiles.

## SPONGIÆ USTIO.

SPONGIAM ure in vase fictili clauso, donec nigrescat, & friabilis fiat, deinde mortario vitreo vel marmoreo in pulverem redige.

## CORNU CERVI CALCINATIO.

CORNU cervini frusta urantur in furno figulorum, donec penitus albescant; deinde redigantur in pulverem eodem modo, quo cætera corpora terrea.

## PULPARUM EXTRACTIO.

FRUCTUS pulposi, si immaturi sunt, vel maturi & ficci, coquantur paulula aqua, ut mollescant; deinde pulpam per cribrum setaceum exprime; postea in vase fictili coque lento igne  
crebro

crebro agitant, ne aduratur, donec debitam spissitudinem habeat.

Item castæ fistularis pulpa ex siliqua, contusa excoquenda est, deinde aquam evaporando ad idoneam spissitudinem reducenda.

Fructuum maturorum & recentium pulpa per cribrum exprimantur, nulla coctione præmissa.

### STYRACIS COLATIUM

STYRACEM calamitea coque in aqua, donec mollescat; deinde prelo exprimatur inter laminas ferreas tepelactas, & styrax purificatus ab aqua separetur.

### OPIUM COLATUM,

vel

#### EXTRACTUM THERAICUM.

Rx. Opii in frustula concisi ꝑ. libram unam; dissolve in pulpam in aquæ bullientis mensura libræ unius, caute evitans empyreuma; & dum adhuc calet, forti expressione per pannum linteum fæces separentur; denique balnei, vel alio leni calore opium colatum ad pristinam crassitudinem reducatur.

OPIUM paulula aqua ita emollitum per colum transit integrum, solis fæcibus relictis; si autem multa aqua dissolvatur, pars resinosa a gummosa separabitur.

EODEM modo purificantur reliqua gummi, ammoniacum, asa foetida, galbanum, & alia. Sed major aquæ copia sine damno adhiberi potest. Si resinosa pars subsidat, eximatur, & circa finem inspissationis denuo adjiciatur, ut

cum reliquis gummi partibus in unam massam cocat.

**GUMMI** quodvis facile liquescens, quale est galbanum, etiam purificari potest immittendo in vesicam bubulam, tenendoque in aqua bulliente, donec adeo molle fiat, ut per pannum cannabinum a fordibus prelo exprimatur.

#### MILLEPEDARUM PRÆPARATIO.

**MILLEPÆ** panno cannabino rariori inclusa suspendantur in vase clauso super spiritum vinosum calefactum, ut a vapore necatæ friabiles reddantur.

## C O N S E R V Æ.

### CONSERVÆ

**FOLIORUM** Cochleariæ hortensis,

Lujulæ,

Menthæ vulgaris,

Rutæ;

**SUMMITATUM** Absinthii maritimi;

**FLORUM** Lavendulæ,

Malvæ,

Rorismarini,

Rosarum rubrarum immaturarum;

**FLAVEDINIS** Corticum aurantium Hispanensium.

**FOLIA** ex pediculis, floresque ex calycibus decerpe, flavedinem corticum aurantium radula abraide; tum singula pistillo ligneo contunde in mortario marmoreo, primum per se, dein-